



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **In Genesis Enarratio**

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

V. De bonis corporalibus, quod Deo curæ sint, & cur diuinitus dentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

tranquillam uitam agamus in omni pietate & honestate. Et Rom. 13. Et Esa. 49. Reges erunt nutritij tui.

Prodest autem ad omnia hæc munera rectius obeunda ipsos Principes uisitare seu inspicere Ecclesias & politias, esse ἐπισκοπῆς sicut Ioseph ipse uisitat & circumit omnes Regiones Ægypti.

V.

## DE BONIS

Corporalibus.

In loco de CREATIONE testimonia collecta sunt, quæ confirmant Deum etiam corporalium bonorum procuracionem habere. His adiungatur & huius Capitis historia, & cause Sex cogitentur, propter quas proposuit Deus etiam presentium bonorum promissiones, & uult ea à se peti & expectari. Quas supra cap. 26. indicauimus.

## TEXTVS.

Byssina stola) stola apud ueteres quamlibet uestem tegentem corpus significabat, à ἐσθλοῦ, id est, apto, orno. Postea ad honestæ Matrone uestem translatum est, ut Caligula Liuiam solebat Vlyssim Stolatam nominare.

Byssus, tenuissimi lini genus, cuius scrupula quaternis denarijs olim permutata sunt. Teste Plinio libro

libro 19. cap. 1. Luca 16. Vestiebatur Purpura & Byffo.

Aliud est ἄβυσσος. ἐδὲλ' ἀγορεύοντες καὶ καὶ δὲ φρέσι βυσσοδ' ομ' εὐορ.

Fecit eum ascendere) Verbum Hiphil significat permissionem. Praeones à Praecimendo.

Vt coram eo genu flecterent) in Hebraeo est אברח Abrech, id est, pater tener. Lutherus uertit pater Regionis.

Saluatorem mundi) in fontibus est זפנה פעהא Zaphnath Paaneah, id est, absconditorum expositor, à זפן abscondit. Ideo uertit Lutherus, consiliarius intimus, heimlicher Rath.

Heliopoleos) in Hebraeo est היליפוליס.

Triginta annorum erat) supra cap. 37. est 16. annorum. Ergo à uenditione Ioseph usq; ad liberationem sunt anni 13. & c.

Affeneth) אסנת Medica, seu sanitatem tribuens.

Manasses) מנשה Menaschah, id est, obliuisci faciens, נשח Neschah, oblitus est.

Ephraim) אפרים fructificationes, à אפרו פרוהו fructificauit.

Fames) οδ' μ. πάντες μὲν συγκροτοὶ θανάτοιο θνητοῖσι βροτοῖσι λιμῶ δ' οὐκ ἔσονται δαίμαρ καὶ πότμος ἐπιπέσσει.